

stienti Episcopo, quod diceret, duas esse in Christo personas Dei, & hominis: unionem Verbi cum natura humana factam esse non secundum personam, sed secundum gratiam: Beatissimam Virginem non esse Dei Genitricem, sed Christi hominis: alium esse verum Verbum, alium Christum passionibus animæ, & carnis concupiscentiis vexatum, & à malis infestatum, & à malis paulatim separantem se, & ita ex promotione operum meliorem effectum, & ex viæ conuersione incontaminatum constitutum, tanquam purum hominem baptizatum in nomine Patris, & Filii, & spiritus sancti, & per baptismum gratiam Spiritus sancti accepisse, & adoptionem promeruisse, & in similitudinem materialis imaginis adorari in persona Dei Verbi, & instar Platonis, Epicuri, & Marcionis, qui propria inventa secta, suos discipulos nominari fecerunt Platonicos, Manichæos, Epicuræos, Marcionistas. Christum propriam sectam constituisse, ex qua vocati sunt Christiani. Condemnavit itidem Synodus impia scripta Theodoret, quicontra duodecim sancti Cyrilli capitula conscripsit: item Epistolam Iba Episcopi Edeffeni ad Maritum Perfam, in qua Nestorium, & Theodorum Mopsuestensem, & eorum impia dogmata defendit, damnaque duodecim sancti Cyrilli capitula: & ipsum Cyrillum hæreticum appellat.

VI. Concilium fuit Constantinopolitanum Tertium: celebratum est anno Domini 681. Agathonis Papæ 3. Constantini Imperatoris 13. ut ait Ouphris in Chronico, res sic gesta est. Constantinus Imperator Pogonatus hujus nominis V. summo studio conatus est, ut Constantinopoli Generalis Episcoporum conventus haberetur, quo damnaretur hæresis Monothelitarum, id est, hæreticorum unam tantum in Christo voluntatem ponentium, & ut Constantinopolitana Ecclesia cum Romana conjungeretur: præferant enim ei Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, Monothelitz omnes. Unde Imperator Indictione 6. pridie Idus Augusti Epistolam ad Dominum Romanum Pontificem misit, qua petebat, ut ad se Legatos mitteret, qui Generali Concilio præsidere. Nam (Theodoro, inquit, Exarcho mandavi congregatis, & Episcopis ad Concilium venientibus naves idoneas, & sumptus necessarios suppeditandos curet.) Exat Epistola in ipsius Concilii Actis inserta. Interim Romæ Dominio Papa mortuo, ei successit Agatho, anno Domini

C 679. qui Romæ Conuentum Episcoporum Occidentalium 125. habuit. In eo definitum est, in Christo duas esse naturas, & voluntates: quod decretum omnes Episcopi sua manu firmarunt. Qua re peracta Pontifex Episcopis quibusdam diu, sed frustra ex longinquis regionibus expectatis, Legatos tres Constantinopolim misit, qui vias suas implerent, Theodarum, & Sergium presbyteros, & Joannem Diaconum; & totidem Episcopos misit ipse. Conuentus Romæ habitus, videlicet Joannem Portuensem, abundantium Paternensem, & Joannes Rheginum, hî magno Clericorum, & Monachorum numero confederentes naves, in mense Octobris Constantinopolim pervenerunt, & honorifice ab Imperatore in Palatio excepti literas ei Pontificis, & Conuentus Romani reddiderunt, quibus excusatio de Legatis seruis missis, & fides Episcoporum de duabus Christi voluntatibus continebatur. Imperator his lectis, Legatos hortatus est, ut veritatem, remotis omnibus Philosopherum concertationibus, ex sanctarum Scripturarum monumentis, & Patrum testimonio conarentur erueri, & in eis hospitia parata disponantur, & quotidianis sumptus assignavit. Mox Gregorius Constantinopolitanum, & Macharium Antiochenum Patriarchas, ut primo quoque tempore suos Metropolitanos, & Episcopos Constantinopolim advocarent, admonuit. Die inde Dominico facta pompa spiritus sancti invocandi gratia per urbem ducta, ad eam Legati, equis fratis missis mira benignitate Principis invitati sunt. Tandem 7. Idus Novembris in penetrale Palatii, qui Trullus dicebatur, Concilium convocatum est. Legati Pontificis, & Conuentus Romani & omnes Orientalium Ecclesiarum Metropolitanos, & Episcopi excepti, suo quisque ordinis confederunt. Quibus ritè perfectis, Georgio, & Machario mandatum est, ut quibus suam sententiam de una Christi voluntate Conciliorum auctoritatibus fulcissent, exponerent. Illi tria superiora Concilia protulerunt: verum multa eis de suo effusisse convicti, risum omnibus præbuerunt 17. Kalendas Decembris decretum Catholicis Pontificis Agathonis, Conuentusque Romani

de duabus Christi voluntatibus Legati ediderunt. His utrinque prolatis, SS. Patrum testimonia in medium producta sunt. Idibus Februarii testimonia recognita sunt, quorum multitudinem, & auctoritate Gregorius Patriarcha permotus, statim à tenentia desistit. Itaque revocatis 5. Non. Mart. in Concilio Patribus, cum furrescisset, clara voce se cum Metropolitanis, & Episcopis suis decreto de duabus Christi voluntatibus assentiri dixit: & continuo in partes Catholicorum transiit: Macharius autem Patriarcha quid sui iudicii esset rogatus, se cum suis Metropolitanis, & Episcopis in pristino manere proposito affirmavit, citiusque milites morituros, quam de catholice sententia discerentur. Quam vocem ubi Imperator, & Catholici audierunt ira perciti, orarium collo detrahi jusserunt, eumque cum suis ex Concilio ejectionem, sacro anathemate persequi fecerunt. Factum est autem, teste Anastasio Bibliothecario, ut eadem hora atræ omnes atrancorum telæ & laquearibus Conclavis deciderent: qua re conspecta cuncti Catholici subito nigras ipsas hereticorum sordes evanuisse, latis animis, & vocibus exclamaverunt. Condemnati sunt Sergius, Paulus, Pyrrhus, Petrus, & Cyrillus omnes Monothelitz. Die inde refutationis Joannes Episcopus Portuenfis Legatus in eadem sanctæ Sophiæ Mistrarum solemniam, Imperatore, populoque presente Latinè celebravit, tanto cum populi plausu, & lætitia, ut is quoque Latinè novo more Imperatoris laudibus acclamarer. Ex quo omnes dirum tandem ducuntur Ecclesiarum diffidium penitus esse sublatum indicantes, maximas Deo de conciliata concordia gratias egerunt. Postremo 5. Idus Septembris professio fidei à Concilio edita, & post quinque dierum spatium singulorum Episcoporum subscriptionibus firmata est 10. Kalendas Januarii. Imperator Constantinus, remisit Legatis, literas ad Pontificem, & Conuentum Romanum dedit: quibus se rem ex animi sententia conficisse significavit. Sequenti anno sexingentesimo octuagesimo secundo, Agatho Pontifex 4. Idus Januarii morte absumptus est. In ejus locum Leo II. successit, qui mense Julio Legatos à Concilio reverbos cum literis Imperatoris, & ipsius Concilii actis accepit, eaque sua auctoritate firmavit. Et cum Latinè, & Græcè peritus esset (erat enim natione Siculus) acta Concilii in Latinum sermonem convertit.

Porro in hoc Concilio nulli sunt editi Canones: unde Gregorius Orientales Episcopi post 277. annos octo annos iterum in Palatium, qui Trullus vocabatur, conveniunt, imperante Justiniano juniore Heraclii Imperatoris filio, ut testatur Ouphris in Chronico, nullo Romani Pontificis presente, nulla ipsius auctoritate acciti, & Canones centum duos ediderunt, qui vulgo Canones sextæ Synodi, & Trullani dicuntur.

Hinc factum est, ut orta sit quæstio, Utrum Trullani Canones sint Canonici, & an Ecclesiasticam auctoritatem habeant, de qua quæstione Canus libro 5. de locis, capite ult. in responsum ad 6. argum. ubi negat eos Canonicos, & Ecclesiasticæ auctoritatis esse. Primum, quia Anastasius Apostolicæ Sedis Bibliothecarius in Proemio ad octavam Synodum, ad quam justu Adriani Secundi missus est, testatur eos Canones non esse in Ecclesia Romana receptos, ut habetur capite 2. distind. 63. Idem dicit Umberto Sylvæ Candidæ Episcopus Legatus Leonis 9. in libello contra Epistolam Michaelis Patriarchæ Constantinopolitani, Item Theophanes Græcus, historicus, Theod. Balsamo in interpretatione eorumdem Canonum, Matthæus Monachus Græcus in historia Conciliorum, & virorum illustrium. Item Justinianus Imperator eo nomine Secundus, his Synodum Constantinopolim coegisse legitur; prius sub Sergio Romano Pontifice, posterior sub Joanne VII. & de priori quidem Synodo Beda de natura rerum capite 67. ait: (Justinianus Romanæ Ecclesiæ Pontifex Sergium, qui auctoritate suæ Synodum, quam Constantinopolim fecerat, suadere, & subscribere noluisse, justis Constantinopolim deportati: qui tamen ob culpam perfidiaz regni gloria postea privatus, exul in Pontum recessit.) Idem scribit Paulus Diaconus libro de Gestis Romanorum in Justiniano, & Anastasius Bibliothecarius in Vita Sergii Pontificis. Insuper Platina in vita Joannis VII. testatur sic: Justinianus eadem stulticia vexatus quæ fuerat ante animum Imperium, Sergio Pontifice, duos Metropolitanos Romam misit, qui Joannem adhortarentur, ut habita Synodo, quæ de Homouio crederent Orientales, eadem etiam Occidentales

dentales affirmarent, propositis libellis, in quibus ei subscribendum erat: Homines tamen infecta ad Imperatorem Pontifex remisit.) Præterea in Canone 2. suscepit, & confirmat hujusmodi Synodus 85. Canones Apostolorum: at Sedes Apostolica non tot Canones approbat, ut auctor est Isidorus capite Canonis, distind. 15. Leo Novus, capite Clementis, eadem distind. 15. Item hujusmodi Synodus in eodem Canone 2. approbat Concilium Cypriani martyris de rebaptizandis hæreticis, quasi secundum traditam Africanam consuetudinem lex illa constituta sit. Sed Cypriani decretum ab universalis Ecclesiæ reprobatum est. Cur igitur in Trullano Canone approbatur?

In Canone 3. Ecclesiæ Romanæ lex de Bigamis non ordinandis tanquam summum jus, & ex rigore severum appellatur?

In Canone 13. decernitur, ut subdiaconi, diaconi, presbyteri à suis uxoris ab sacros ordines susceptis non parentur. Ea consuetudo Græcica est, non Romana, aut universalis Ecclesiæ.

Canone 36. statuitur, ut Constantinopolitana sedes æqualia privilegia cum Apostolica teneat. Adversus hoc privilegium pugnaverunt olim Romani Pontifices Leo I. Pelagius I. Gregorius I. & Nicolai I. & quamquam jure, & ratione pugnaverunt, convinitibus tamen postea, & tolerantibus Romanis Pontificibus, Constantinopolitanus Patriarcha post Roman. Pontificem cæteris tribus Patriarchis, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano prælatus est, ut patet ex capite antiqua de privilegium huic Constantinopolitanæ, & Græcicæ ambitioni, ac vanitati noluerunt sequentes Romani Pontifices diutius repugnare.

Canone 62. præcipitur, ut in omnibus Quadragenariis jejuniis diebus, per sabbatum, & Dominicam novæ hostiæ non confecturur, sed fiat sacrificialitarum sacrificium, ut apud Latinos fieri solet in die Parasceves: sic Græcicus est ritus, non Romanus.

Canone 55. sic habetur: (Quoniam intelleximus in Romanorum civitate in sanctis Quadagesimæ, & in ejus Sabbatis jejunare, præter Ecclesiasticam traditam consuetudinem, sanctæ Synodo visum est, ut in Romano Ecclesia si quis fuerit infestus Sabbato jejunans, clericus deponatur, laicus fegregetur.) Quis Romanus Pontifex ferat hunc Canonem æquo animo? Ecclesiasticam appellant consuetudinem, quæ apud Græcos viget, non Latinos, & tacite reprobatque usus Romanorum in Sabbato Quadagesimæ servantium jejunium, & lex Ecclesiæ Romanæ scribitur, sine ullo Pontificis consensu.

Canone 67. sic dicitur: (Sacra Scriptura nobis præcipit, ut abstinemus à suffocato, & sanguine: merito igitur damnamus eos, qui cuspideum animalis sanguinem ante aliqua condunt, & sic comedunt.) Audacter sane Græci Latinorum consuetudinem improbant, & Apostolicum preceptum ad breve tempus datum, volunt esse perpetuum.

Si contra hæc obiciatur: Gratianus nomine VI. Synodi Trullanos Canones perpetuo citat. ut constat ex capite placuit, distind. 16. & capite quoniam, d. 31. cap. si quis d. 32. c. ult. d. 93. cap. Jacobus, de consec. d. 1. cap. dicimus de consec. d. 2. cap. si quis Episcopus. 27. qu. 1. At 6. Synodus sine dubio Ecclesiasticam auctoritatem habet. Respondeo, falsò Gratianum prædictos Canones citasse tanquam Canonicos, & Ecclesiasticos, & à 6. Synodo constitutos. Potuit ille quidem horum Canonum auctoritate uti, sed non tanquam Canonica.

7. Ad. 1. & 2. Adrianus vero Papa refert verba Tharassii & falsus est Gratianus, dum allegat, & accipit ea verba, Et tanquam Adriani Papæ.

Anno Domini 754. Constantinus cognomento Copronymus Iconomachus hæreticus conventum 336. Episcoporum Constantinopoli coegit, in quo damnatus est sacrarum imaginum cultus, & usus: Imperator Catholicos Episcopos sacrarum imaginum defensores suis sedibus expulit. Stephanus III. anno Domini septingentesimo septuagesimo nono, in Laterano Concilio Episcoporum nuncupavit ex Italia, & Francia, & eam Synodum damnavit: restituit imaginibus pristino cultu.

VII. Generale Concilium fuit Nicænum II. anno Domini septingentesimo octuagesimo nono, Adriani Papæ I. 18. Constantini VII. Imperatoris 9. fuit peractum mense Octobris 11. Indict. 350. Episcopis presentibus, & Legatis Roman. Pontif. præsidentibus, Petro Archiepiscopo, & Petro monacho presbytero. Coactum fuit contra Iconomachos hæreticos, hoc est, sacrarum imaginum oppugnatores. Omnium Episcoporum auctoritate antiquus Cruci, & sanctis imaginibus honos, & cultus est restitutus: condemnati, qui contra fenserant. Absoluto Concilio Episcopi omnes mente Novemb. Constantinopolim profecti, presentibus Imperatoribus Irene matre, & Constantino filio Acta Concilii recitarunt: quæ cum Imperatores proprio adhibito consensu subscriptione firmassent, eos benigne, & honorifice dimiserunt, suavis, cura, & auctoritate Adriani I. Pontificis, & ministerio Imperatricis Irene matris, & filii Constantini Septimi convocatum, & celebratum est: quod postea Adrianus Papa confirmavit, teste Ivone Episcopo lib. 4. capite 26. & 28. Fuerunt Iconomachi Philippicus, Leo III. Mauricus vulgò dictus, Conon, & Constantinus V. alias VI. cognomento Copronymus: omnes Imperatores Constantinopolitani: fuerunt etiam Iconomachi Constantinopolitani Patriarchæ, Joann. VI. Anastas. Constant. II. Nicetas. Auctores Balsamon, Zonaras, Cedrenus, Sigenonius. In eo Concilio definitum est, Crucem non deberi cultum latræ, sed minorem. Et tamen s. Thomas 3. part. quæst. 25. docet crucem, & imaginem Christi colendam esse cultu latræ. Dicendum est, Concilium negasse cruci, & imaginem cultum latræ, cum videlicet, qui tributur alicui propter ipsum: qui soli Deo defertur propter divinitatem ejus. Sanctus Thomas tribuit cruci, & imaginem Christi latræ, & eam, scilicet, quæ datur alicui propter aliud, non propter se, nimirum propter id, quod representatur in ipsa: quare coluntur latræ cultu alia præter Deum. Natura humana suscepta verbo divino, species panis, & vini consecratur in altari.

VIII. Generale Concilium fuit Constantinopolitanum VI. Sciendum est, anno salutis octingentesimo sexagesimo Constantinopoli ortam esse inter cives gravissimam seditionem: aliis Ignatium Patriarcham, aliis Photium tuncibus Michael eo nomine Tertius Porphyrogenitus Imperator Constantinopolitanus Legatos, & literas ad Pontificem Romanum Nicolaum Primum misit, quibus accusatum Ignatio petiit, ut Pontifex Legatos ad se suos destinaret: quorum opera seditio fedaretur. Addidere etiam Legati hæresim Iconomachorum recruduisse, & sanctas imagines passim in civitate deleri. Nicolaus itaque ut tantis Ecclesiæ vulneribus, malisque mederetur: Episcopos duos Rododialm Portuensem, & Zacharium Anaginum legavit: datis in mandatis, ut causas, cur Ignatius esset sua sede dejectus, cognoscerent, & cum Photio tanquam cum laico H verferentur, ejusque reprobata electione, sacrarum imaginum cultum retinendum omnino curarent. Per eosdem Legatos postulavit, ut Calabria, & Sicilia patrimonia Romanæ Ecclesiæ redderentur. Datæ extant literæ 7. Kalendas Octobris Indict. 9. his verbis: (Præterea Calabritanum patrimonium, & Siculum, quæque nostræ Ecclesiæ per suos familia regere studit, concessioibus reddantur: quoniam irrationabile est, ut Ecclesiastica possessio, unde luminaria, & concinnationes Ecclesiæ Dei fieri debent, terrena quavis potestate subtrahatur: sed domui Dei restituta meritum reddituris multiplicent, & suscipiens votum spiritualis desiderii lucris exerceatur.) Legati Pontificis proximo anno Constantinopolim profecti, mandata ejus transgressi sunt. Nam qui Ignatii causam cognoscere tantummodo jussu fuerant, judicio suo interposito, Ignatium jure abdicatum, & Photium ritè substitutum dixerunt.

Secundo obiciatur, Innocentius III. in cap. A multis, de etat. & qual. dicit: In 6. Synodo esse decretum, ut si quis eorum, qui ad Clerum accedunt, nuptiali jure mulieri voluerit copulari, hoc ante Subdiaconatus ordinem faciat: patet autem hunc esse 6. Canonem Trullanum. Respondeo, Innocentium in hac parte, secundum vulgum opinionem locutum fuisse, appellavit Trullanos Canones nomine VI. Synodi, quia sic vulgariter nominari solent.

Tertiò obiciatur, Adrianus Papa in cap. sextam, d. 16. & in cap. sextam, de consecrat. distind. 3. prædictos Canones recipit, & approbat. Respondeo, non Adrianum Papam, sed Tharassium Patriarcham Constantinopolitanum eos Canones recipere, & approbare, ut constat ex Synodo

distind. 16. & capite quoniam, d. 31. cap. si quis d. 32. c. ult. d. 93. cap. Jacobus, de consec. d. 1. cap. dicimus de consec. d. 2. cap. si quis Episcopus. 27. qu. 1. At 6. Synodus sine dubio Ecclesiasticam auctoritatem habet. Respondeo, falsò Gratianum prædictos Canones citasse tanquam Canonicos, & Ecclesiasticos, & à 6. Synodo constitutos. Potuit ille quidem horum Canonum auctoritate uti, sed non tanquam Canonica.

Secundo obiciatur, Innocentius III. in cap. A multis, de etat. & qual. dicit: In 6. Synodo esse decretum, ut si quis eorum, qui ad Clerum accedunt, nuptiali jure mulieri voluerit copulari, hoc ante Subdiaconatus ordinem faciat: patet autem hunc esse 6. Canonem Trullanum. Respondeo, Innocentium in hac parte, secundum vulgum opinionem locutum fuisse, appellavit Trullanos Canones nomine VI. Synodi, quia sic vulgariter nominari solent.

Tertiò obiciatur, Adrianus Papa in cap. sextam, d. 16. & in cap. sextam, de consecrat. distind. 3. prædictos Canones recipit, & approbat. Respondeo, non Adrianum Papam, sed Tharassium Patriarcham Constantinopolitanum eos Canones recipere, & approbare, ut constat ex Synodo

xere. Biennio post elapso, Leo Legatus Imperatoris, Urbem adveniens, duo volumina Pontifici reddidit: unum, in quo continerentur acta abdicationis Ignatii, alterum, in quo sanctorum imaginum honos, & cultus comprobatur. Reddidit quoque literas, quibus petebat Imperator, ut Pontifex abdicationem Ignatii, & substitutionem Photii sua auctoritate confirmaret. Anno autem salutis 866. Nicolaus maledictus Michaelis Imperatoris impulsus, Episcopos Donatum, Hostiensem, & Stephanum Ephesinum, & Marinum Diaconum ad eum de causa Ignatii per Concilium Episcoporum definiendam misit. Defuncto Nicolao, eisdem Legatos, Adrianus II. confirmavit, addito Anastasio Bibliothecario. His praesidentibus anno Domini 868. & Adriani junioris Papae anno 2. & Basilii Imperatoris 3. celebratum est Generale VIII. Concilium, in quo dissidium de Ignatii abdicatione, & Photii substitutione sublatum est; Photio a priorum communione submoto, & Ignatio in pristinum honoris gradum, & locum restituro. Redditus item est sanctis imaginibus antiquus honos, & cultus: confirmatae septem praecedentes Synodi Generales: statutum quoque est, ut consecrationes, & promotiones Episcoporum, & Clericorum electiones, & decreto fierent; neve laici principes, aut potentes semetipsos immiscerent electioni, vel promotioni Patriarchae, aut Metropolitanum, aut Episcopi, aut Abbatis. Ex his, quae haecenus dixi, constat, octo Concilia Generalia in Oriente celebrata agnovisse semper auctoritatem Romani Pontificis, hoc est, primum eius super omnes Ecclesias.

Ex hoc itidem tempore Photii suasi, & opera Graeci ceperunt manifeste contra primum Romani Pont. sentire, & docere. Ceperunt quoque Latinos odio capitali profecti, & tanquam anathemate percussos devitare, eo quod addidissent Symbolo Nicano, & Constantinopolitano, (Filioque procedentem) quare palam Graeci sese à Romanis, & Latinis dividerent: unde amplius non celebrata Concilia Generalia in Oriente: quotquot deinceps convocata, & habita Concilia sunt in Occidente celebrata fuerunt ex Episcopis, & Abbatibus Occidentibus, praeterquam ea, in quibus Graeci, & Orientales sese iterum cum Romana Ecclesia conjunxerunt. De quibus singulatim dicam.

IX. Generale Concilium quidam ajunt celebratum esse Romae apud Lateranum praesente Gregorio VII. anno Domini 1076. quod sive Generale fuerit, sive seculi, auctoritate certe Gregorii VII. confirmatum est. In eo actum fuit de paeae componenda inter Henricum IV. alias III. & Rodolphum Suevici Ducem, de Imperio Romanorum contententes: Legatis Rodulphi expostulantibus, quod Henricus vexandis Clericis eorum Germaniam perturbaret, de Concilio habendo motam afferret. Legati Henrici contra iustam Gregorii iram veriti, responderunt, Henricum paratum fore, atque in eam rem tale sacramentum conceperunt: Juramus nos Legati Henrici Regis ex praepcepto ejus. Henricum circa Ascensionem Domini Legatos (ni quid obstitit) Romam missuros, qui Legato Pontificis tuto secum deducant, atque reducant, & eorum iudicio, & sententia staturum. Quo iurejurando audito, Legati Rodulphi in haec verba jurant: Si Concilium in Germania ex decreto vestro, loco, & tempore à vobis constituto Legatis vestris praesentibus fuerit, Rodolphus Rex, Princeps, noster, aut ipse accurret, aut Legatos suos mittet, paratque erit iudicio stare, quod sancta Ecclesia de Regno Germaniae fecerit, nulloque dolo malo conventum à vobis, aut à Legatis vestris inditum impediat, & postquam certos vestros nuntios viderit, dabit operam, ut pacem componat. Et haec omnia, nisi legitimo intercedenti impedimento serrabit.

De Clericis autem Pontifex in Concilio ita decrevit Gregorius Pontifex servus servorum Dei, omnibus in Italico, & Germanico Regno debitam sancto Petro obedientiam exhibentibus, Apostolicam benedictionem. Si qui sunt presbyteri, aut diaconi, aut subdiaconi, qui crimini fornicationis sine obnoxii, interdicimus eis ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate S. Petri introitum aedis, donec acta poenitentiae satisfaciant. Si qui verè in peccato suo perseverare maluerint, nemo officium auscultasse velit, quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum, testante Domino per Prophetam: Maledicam benedictionibus vestris. Si sic ille. Erant in eo saeculo, ut constat ex Siegerto, Vincencio, & S. Antonino, corruptissimi sacer-

dotum mores: concubinæ tanquam uxoris palam utebantur.

Porto de iure conferendorum sacerdotiorum ita sanxit: (Sanctorum Patrum decreta sequentes, ut superioribus conventibus de Ecclesiasticis dignitatibus ordinandis statuumus ita & nunc Apostolica Auctoritate decernimus, ut, si quis post hac Episcopatum, aut Abbatiam, aut aliam Ecclesiasticam dignitatem ab aliquo laico susceperit, nequaquam inter Episcopos, aut Abbates numeretur: nec alia ei Episcopo, vel Abbati obedientia præbeatur, eique gratia S. Petri, atque ad id ejus introitu interdicitur. Eadem rationem si quis Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, aut qualibet alia secularis potestas vel persona, Episcopatum, Abbatiam, vel aliam Ecclesiasticam dignitatem detulerit, ejusdem sententiae vinculo teneatur. Sic ibi.

Eo itidem saeculo, ut constat ex praedictis auctoribus, Henricus IV. Imperator contra Canones, & Jura sacerdotum conferebat, & cum imitari vellet Reges, & Principes, & Alitice, Ecclesiastica beneficia, Episcopatus, Abbatias, & Monasteria, simoniace, & nefarie vendebat: lipos, non pastores Ecclesiis praeficiebat. Egregie Gregorius Septimus contra oppugnans, omnem potestatem conferendi sacerdoti laicis ademitt.

Præterea de Normannis ita cavir: (Si quis Normannorum oppida S. Petri, ut partem Marchie Firmæ, quæ à bello adhuc integra est, & Ducatum Spoletanum, Campaniam, & Maritimam oram, & Sabinum, & Tyburinum Comitatum, & Monasterium S. Benedicti Cassinatis, & Beneventum invadere, ac depradari ausus fuerit, gratiam S. Petri interdiciamus.) Eo tempore Normanni, qui in Apulia, Calabria, & Sicilia domabantur, saepe aufertimaria oppida pontificis ditionis invadebant, & Ecclesiam Romanam bello vexabant.

Poftermo Henricum IV. ut femel, & iterum antea à piotum communione removerat: sic in hoc Concilio anathemate percussit, & omnem regiam ei potestatem abrogavit his verbis: Quas ob causas ego auctoritate Apostolica mihi à Deo delata Henricum, Henrici Imperatoris filium regno Germaniae, titulo item spolio, & Christianorum obedientia privo, & omnes religiose iurisdictioni, quo se illi obstrinxerunt, absolvo. Contra verò, ut Rodolphum à principibus Germaniae in Henrici locum declaratum regnum administret, & tueatur, nomine vestro, omnibus, qui fidem ei præstiterunt, omnium peccatorum remissionem, & veniam in hac, & in futura vita concedo: Et ut Henricum ob suam superbiam regia dignitate depello, sic Rodolphum, propter suam humilitatem, & obedientiam in potestate repono. Inde dimisso conventu, Regiam, & Imperatoriam coronam ad Rodolphum tranfmisit.

X. Generale Concilium, secundum aliquos, celebravit Urbanus II. Claramonte apud Avinionem anno salutis 1096. ex Episcopis, & proceribus Francie. Ibi salutaribus decretis lapsum Gallicanæ Ecclesie disciplinam erexit. Henricum IV. Imperatorem, & Clementem Antipapam ab eo factum eisdem de causis, quibus Gregorius VII. & Victor III. duo anathemate obstrinxit. Philippum Francie regem eo nomine, propter secundas nuptias contractas, vigente prima uxore, piosum communionem privavit, & ipsum ad idoneam, & legitimam poenitentiam agendam permovit. Teste itidem S. Antonino, in eo Concilio constitutum est, ut septem horarum diebus, quibus quatuordecim recitariantur: & sabbatis quibusque Missæ sacrificium in honorem, & cultum ejusdem beati, Virginis fieret.

Totius quoque Occidentis principibus, & populis astantibus, ad eos, interdicto silentio concionem clarissimam habuit: a principio quidem exposuit sevissimas, quibus in Syria Christiani afficerentur, iniurias, & indignissimas contumelias. Deinde gravissimam animis omnium religionem iniecit, quod ignavia sua nefarius spurcissimæ gentis sacrilegus violari, & polli Hierosolymanam patremque urbem eam, in qua invocatum esset nomen Domini ab illis diebus, in qua Prophetae floruerunt, in qua redemptionis humanae vestigia existunt, ex qua salus in omnem terrarum latitudinem sacramenta manifest, terram sanctorum, qui à saeculo fuissent, Prophetarum. Terram Apostolorum, Terram Domini, & Salvatoris nostri, quam ille incarnationis suæ mysterio iniciasset: vita, prædicatione illustrasset, morte, sepultura, & resurrectione sacrasset, ascensionis suæ triumpho, & sancti Spiritus adventu illuminasset. Ad extremum, factam Hierosolymanæ recuperandæ expeditionem incredibili sententiarum gravitate, verborum copia, & animi ardore fuisse. Postquam autem peroravit, universi qui aderant, divino quasi Spiritu concitati ad bellum pro sepulchro Christi recuperando ingentibus armorum studiis inflammati sunt, & in eo operam se Dei voluntatem sequi velle, altissimis clamoribus responderunt: quibus sedatis, tum Pontifex: Gratias, inquit, ago Deo maximas, quod vos tanta animorum consensione, & alacritate arma pro Christo redemptore vestro suscepturos esse ostenditis. Neque enim tam repentina in tam diversis gentibus inspiratio, sine gravissimo ipsius impulsu esse potest. Nos autem, ut studia vestra quoad possumus adjuvemus, misericordia Dei beatorum Petri, ac Pauli auctoritate confisi, omnibus, qui ad bellum prodierint, omnia pro delictis suis placula relaxamus, eosque sub Ecclesiæ tutelam, & beatorum Petri, & Pauli clientelam tanquam veteræ obedientie filios suscipimus, & omnibus vexationibus veteræ obedientie filios suscipimus, & omnibus vexationibus veteræ obedientie filios suscipimus. I His vocibus mirifice omnium, qui aderant animi furent: Dicuntur centum millia Christianorum ex Gallia, Italia, Hispania, Anglia, Scotia, Hybernia, & Flandria, signo crucis suscepto arma sumpsisse, signum autem fuit Crux è purpureo panno confecta, quam Pontif. Urbanus in signum salutaris expiationis indulsit, vestibus super dexteram scapulam affigendam. Unde qui profecti sunt in eam expeditionem, Cruce signati, & ipsa expeditio cruciata vocata est. Tanti apparatus bellicis duces fuere Ademarius Podiensis Episcopus, Apostolicæ Sedis in ea expeditione Legatus: Hugo Magnus, Philippo Francorum Regis frater, Gothifredus Bullionis Locharingie Dux, & fratres ejus, Balduinus, & Eustratus: Robertus Flandrie, Robertus item alius Guilelmi Regis Anglorum filius, & Normannus comes, Stephanus Carnotensium, & Blesensium, Raymundus Tholofanus, & S. Aegyptii comites. Ex Italia Boemundus Princeps Tarcentum Roberti Guiscardi filius, & ejusdem fororis filius Tancredus. Veneti autem, Pisanj, & Genueses instructis classibus tanta affuerunt. Has copias repente nuda locustarum vis tanta præcessit, ut instar nubium solis lucem adimeret. Quadriennii spatio ab anno Dom. 1096. usque ad ann. 1099. recuperata sunt multæ in Syria urbes, & oppida. Ann. 1098. 3. Non Junii ferum Lanca, quo latet Christi in passione aperitur fuit, reperitur per revelationem B. Andreae Apostoli, eoque ante militum exercitum Guiscardii filius primus princeps confectus est. Hierosolymanæ, anno sequenti 1099. Idibus Junii feria sexta, in Christianorum dedicationem, & potestatem venerunt. Constitutum est Hierosolymanum Regnum, & totius illius regni designatus est primus Rex communi omnium consensu: qui stupentibus omnibus, primus in muros ascendit. Qui statim titulo regio uti nunquam voluit.

XI. Concilium Generale Lateranense celebratum fuit sub Alexandro III. qui in eo Concilio praesuit: coactum est anno Dom. 1180 & anno ipsius Alexandri 21. ut ait Onuphr. in Chron. In hoc Concilio edita sunt, quinquaginta decreta ad Ecclesiasticam disciplinam, pene jam lapsam erigendam. Prohibito quoque est, ne quis infidelibus Christiani nominis hostibus arma deferret. Ant. 3. part. tit. 17. c. 1. edita quoque lex est admodum salutaris de duabus tertiis partibus suffragiorum Cardinalium in Rom. Pontif. eligendo, ad evitanda in posterum Schismata. Condemmata est Valdensium hæresis.

D XII. Generale Concilium Lateranense celebratum fuit anno Dom. 1215. & Innocent. III. Anno 18. fuit celeberrimum omnium, quæ in Europa habita sunt. Praesuit in eo Innocent. III. Papa, interfuert duo Patriarchæ orientales. Constantinopolitanus, & Hierosolymanus: Antiochenus morbo impeditus suos Legatos misit: idem quoque fecit Alexandri Patriarcha ab Aegyptiis prohibitus proficisci. Aemil. lib. 6. Blondus deca. 2. lib. 6. Pius in vita Innocent. III. Nauch. gener. 41. Archiepiscopi, tum Graeci, tum Latini Septuaginta. Episcopi 400. Abbates 12. priores Conventuales 800. Simul omnes patres fuere 1285. Legati Romani, & Graeci Imperatorum: Orotes Regum, Francie, Hispaniae, Angliæ, Hierusalem, & Cypr. Edita sunt in eo Septuaginta capita ad mores Christianæ reipublice emendandos. Actum quoque est in eo de Hierosolymanâ recuperanda. Condemnati sunt Almarici eujusdam propositiones. Item Joachim Abbatis errores, non Persona: tunc Graeci erant cum Latinis conjuncti. Transub-

L. B. Theat. vir. Human. Tom. I. l.

recupe-

stantiationis vocabulum in sacramentis altaris in hoc Concilio approbatum est.

XIII. Generale Concilium fuit Lugdunense, praeside Innocentio IV. celebratum anno Dom. 1244. an. 2. ipsius Innocentii, contra Fredericum hujus nominis II. Imperatorem: qui ad Concilium vocatus, & venire reculas, tanquam hostis Ecclesiæ iudicatus, Regno Sicilia, & Imperio Romanorum privatus est. Actum fuit in eo de recuperanda terra sancta, & Ludovico Francorum Rege constituto duce illius quæ expeditionis faceræ, qui cruce signatus, ubi in Asiam cum ingenti exercitu traieisset; rediit in Galliam quinto post anno.

XIV. Generale Concilium fuit Lugdunense II. an. 1274. & anno 2. Gregor. X. ei praesuit ipse Gregor. X. interfuerunt Episcopi 500. Abbates 60. alii Praelati minores ferè mille. Preterea in eo cum Latinis Graeci sunt conciliati super articulo de processione Spiritus sancti: definitum est, Spiritum sanctum ex omni æternitate à patre, & filio procedere, sed non tanquam à duobus Spiratoribus, sed ut ab uno Spiratore, & principio, neque duabus spirationibus, sed unica dumtaxat spiratione. Graeci enim putabant, Latinos asserere Spiritum sanctum procedere à patre, & filio tanquam à duobus spiratoribus, & principibus: duabus quoque spirationibus, non una. Fuit hæc concordia Graecorum cum Latinis decemtertia, & quamvis non diu perduravit, sicut nec præcedentes: facta est procurante eam Michaele VII. Palæologo Imp. Constantinopolitano, quamvis repugnantibus pluribus Graecis, ut testatur Nicephor. Gregor. 1. Pachimeres 1. quoque 5.

XV. Generale Concilium fuit Viennense, cui praesuit Clemens V. an. Dom. 1311. ann. 7. ipsius Clementis V. Interfuert Episcopi ferè 300. praesentibus tribus Regibus, Franco, Anglo, Tarraconensi. Editæ sunt in eo Clementinæ constitutiones. Actum est de terra sancta recuperanda. Templariorum ordo, qui annis 203. steterat, suppressus, & extinctus est: eorum redditus militibus sancti Joannis Hospitalaris, qui tunc Rhodiæ equites vocabantur, assignati sunt: condemnati quoque fuere Begardi, & Beguinae hæretici in Germania. Clem. ad nostram de hæret. est etiam ibi decretum, ut in principalibus Reipub. Christianæ Academicis stipendii iustus, & debitis donarentur, qui Hebraicam, Chaldaicam, & Arabicam linguam publicè docerent: ut essent, qui apud infideles his linguis utentes fidem propagare possent. Clem. 1. de magist. Reprobata, & condemnata est doctrina, qua traditur, animam rationis competentem non esse corporis humani formam.

XVI. Concilium fuit Pisanum, indictum, & congregatum à Cardinalibus Gregorii XII. & Benedicti XIII. anno salutis 1409. ad schisma tollendum. Res sic gesta est, ut patet ex Blondo lib. 10. decade 2. 6. S. Anton. part. 3. tit. 22. cap. 5. 5. 2. Cardinales obedientie Gregor. XII. videntes negotium extirpandi schismatis paulatim ad nihilum reduci, & non solum Gregorium XII. sed etiam Benedictum Decimum tertium, concordiam reculare contra iustificandum, & fidem in ipsorum electionibus datam. Gregorium quoque contra idem iustificandum, & fidem, alios Cardinales absque ulla necessitate, & ipsis invidis creare: hanc nacti occasionem ab eo tunc Lucæ commorante recedentes Pisas petiere. Quod cum plerique eorum, qui Benedictum Decimum tertium sequebantur, vidissent, simili exemplo ipsum Benedictum deserentes, ceteris Cardinalibus Gregorii, qui Pisis erant, sese adiunxerunt, ibique inditico Concilio generali, & cum maxima Prælatorum frequentia inchoato, uterque Pontifex ab eis damnatus est, & utroque tanquam perjuro, schismatico, hæretico, colulore, & schismaticorum fautore, publico omnium decreto Nonis Junii, anno Dom. 1409. pontificatu dejecto, in utriusque locum vigesimo post abrogationem die, tertium elegerunt Petrum Philaretum natione Graecum provincia Cretentis, instituti, & Ordinis fratrum Minorum, & sacre Theologie Doctorem eximium; & presbyterum Cardinalem Basilicæ sancto quum duodecim Imperatorum, & Alexandrum Quintum vocarunt. Inter fuerunt in eo Concilio Cardinales 23. Patriarchæ tres, Archiepiscopi, & Episcopi 300. Monasteriorum Praefecti 280. Theologi, & Legati Principum Europæ. Dubitatum est valde an canonice, & legitime esset Concilium convocatum, eo quod sine ulla Rom. Pontificis auctoritate esset inditum.

De ea re, teste S. Antonino loco citato, Florentiæ Laurentius Rodolphus triduo disputavit, & tandem conclusit, Concilium esse legitimum. Joannes Gerfon in libello, an Papa ex auctoritate possit, [Hi Deitur, inquit, & Spiritus sancti, sicut erendum

dendum est, inspiratione tacti fuerunt. J. Item cum Alexander V. Bononiae graviter aegrotasset, & cognovisset sibi mortem imminere, Cardinales ad se venientes ad concordiam, & pacem, & ad tuendam Ecclesiae dignitatem adhortatus dicit, per eam mortem, quam se continuo subitarum parabat, se existimare, & credere, quae in Concilio Pisano acta fuerant, recte, & integrè sine dolo malo facta fuisse. Insuper ipse Alexander V. in eo concilio creatus in numero Pontif. Roman. reponitur, & qui multo post tempore secutus est eodem nomine Alexand. VI. dictus est. Anton. loc. cit. dicit fuisse conciliabulum, quia absque Rom. Pontificis auctoritate fuit congregatum, & quia Gregorius XII. Concilii convocacionem non recusat, sed solium restitit, ne Pisis congregaretur. Denique, quidquid sit Concilium Pisanum congregatum est à Cardinalibus tempore schismatis, quo duo Pontifices erant dubii, & incerti, & indictum, & non ad res fidei definendas, sed ad schisma in Ecclesia noxium abscondendum: quamvis revera sublatum non sit, sed potius auctum, quia Greg. XII. & Benedictus XIII. pontificatum deponere noluerunt. Lib. 4. cap. 7. quæst. 3. dixi, An, quando plures sunt, & dubii, & incerti Pontifices Romani, possit eis invidis, Cardinalium auctoritate, Concilium convocari.

XVII. Generale Concilium fuit Constantiense, quod indictum, & convocatum est auctoritate Joannis XIII. id sumptu procurante Sigismundo Imperatore Anno sal. 1414. interfuerunt in eo concilio Cardinales 29. Archiepiscopi 47. Episcopi 270. Abbates, & Priores 164. Coactum est hoc Concilium contra schisma trium Pontificum Romanorum, Joannis XXIII. Gregorii XII. Benedicti XIII. sunt in ea Synodo privati pontificatu Joann. XXIII. & Benedictus XIII. Nam Sess. 12. Ex tortis synodi sententia tum ob fugam, tum ob alia crimina, de quibus accusatus, & convictus fuerat, & ad concordiam sublato schismate, & unionem in Ecclesia Dei faciendam 4. Kalend. Junii anno Dom. 1414. est Joann. XXIII. pontificatus abrogatus: quae omnia contra se acta ipse approbavit, & firmavit Papalibus se exuens vestimentis prid. Non. Julii ejus anni, & Sess. 27. 7. Kalend. Augusti anno salut. 1417. Communi consensu totius Concilii Benedictus XIII. tanquam perjurum, pertinax, schismaticus, & rebellis Ecclesiae privatus est pontificatu. At Greg. VII. Sess. 14. an. Dom. 1414. sponte sua sese pontificatu abdicavit per procuratorem Carolum Malatestam Dominum Ariminensem, ejus rei gratia ad Concilium destinatum. Electus est in eo Concil. Pontifex Martin. V. an. Dom. 1417. cuius auctoritate Concilium est postea confirmatum, condemnatae etiam haereses Joan. Vviclei, & Joan. Hus.

In eodem item Concilio combusti sunt igni Joan. Hus, & Hieronymus Pragensis Herefiarcha. Mentuntur autem haereticis hujus temporis dicentes in Concil. Constantiensis editum esse decretum, non esse fidem servandam haereticis. Unde vehementer reprehendunt hujus Concilii Patres, quod cum Joannes Hus, & Hieronymus Pragensis sub fide publica ad Concilium venissent, sunt contra fidem publicam capitali sententia damnati. At ex verbis ipsius Concilii Sess. 19. constat hoc esse falsissimum. Verba Concilii sic habent: I Declarat sancta Synodus ex salvo conductu per Imperatorem, aut alios Principes concessio, nullo modo fidei Christianae, aut jurisdictioni Ecclesiae praedictae generari posse, aut debere, quo minus liceat iudici Ecclesiastico de hujusmodi personarum erroribus inquirere, eosque punire, quantum iustitia suadebit, si suos errores revocaverint, & pernitentiam noluerint, etiam de salvo conductu laicorum Principum confisi ad locum venerint iudicii alias non venturi. Nec fide promittentes, cum fecerint, quod in ipsis est, ex hoc remanere obligatos.] Sic ibi. Hieronym. Pragensis venit ad Concilium sub publica fide Imperatoris, non ipsius Concilii, ut testatur S. Anton. part. 3. tit. 22. cap. 6. §. 3. Nec Concilium dicit, Imperatorem, vel Principem Christianum non esse obligatum ad fidem publicam datam haereticis servandam: ait enim promittentem debere facere, quod in ipso est, ut si fidei servet, cui ipse dedit: ex hoc tamen non obligari iudicium Ecclesiasticum ad eam fidem haereticis datam à laico servandam.

XVIII. Generale Concilium fuit Basiliense, primo quidem à Martino V. indictum Papia, sed ob pestem ibi ferventem, Senas translatum, & ibi inchoatum: deinde tandem Basileae continuatum praeside Cardinali Juliano Casarino, quem legatum maximam, cum auctoritate Martinus V. miserat. Sed

Martino defuncto ejus successor Eugen. IV. concilium ipsum à Martino V. indictum, sua auctoritate approbavit, & utinchoatum est an. Dom. 1431. Sed cum multa tractari cepissent, pleraque Ecclesiae Rom. privilegia omnino tollere, & antiquare studebant: Id veritus Eugenius IV. Legato Sedis Apostolicae revocato, Concilium dissolvi iussit, & Ferrariam transferri. Nihilominus Concil. Basileae continuatum est contra ejus auctoritatem, praeside Ludovico Cardinali Arelateni. In eo Concilio contra Eugenium Quartum fuit Pontifex creatus Amaeus, olim Sabaudia Dux, tunc verò in solitudine vitam Eremiticam agens: qui dictus est Felix V. de quo scite ab Antonino Florentino Archiepiscopo dictum est: [Basilea peperit Basilicum, l hic deinde sponte pontificatum deposuit, postquam sedisset annis novem, mensibus sex, diebus septem: Hoc Concilium non est pontificia auctoritate confirmatum: praeter ea acta, quae ad censuras, & causas beneficales attinent: quae confirmavit Nicolaus V. Duravit per annos 11. menses 9. dies 27. continuatum est, usque ad Dom. 1442. vi. patet ex ult. Sess.]

XIX. Generale concilium est Florentinum, inchoatum quidem Ferrariae 5. Idus April. anno sal. 1438. Sed ingruente peste translatum est Florentiam, ubi praesit Eugenius IV. Interfuerunt in eo Josephus Patriarcha Constantinopolitanus, qui Florentiae obiit, Joannes Palaologus Imperator Orientis, & multi Latinorum, & Graecorum Episcopi. In eo Concilio Graeci ultimo cum Romanis conveniunt super fidei quinque articulis: videlicet de processione Spiritus sancti: de quo conveniunt, & sicut Latini dicunt (Ex patre, & Filio procedente) Graeci more suo dicerent, (Ex patre per Filium procedente) eo quod unus idemque esset sensus: & super articulo de purgatorio conveniunt: quia Graeci purgatorium esse post hanc vitam affirmant, sed non in certo loco, & in corporali igne, ut Latini. Et de eo articulo, nimirum primatum Romani Pontificis super omnem Ecclesiam consenserunt, Roman. Pontificem esse summum totius Catholicæ Ecclesiae Pastorem, & caput.

Item conveniunt de quarto articulo, quod Latini merito addidissent Symbolo: (Filioque procedente) Et de quinto articulo, quod Latini iussit de causis in azymo consecrarent, quamvis Graeci modo in fermentato. In eo item Concilio Armeni sese ad Ecclesiam Romanam reduxerunt: receperunt ab Eugen. IV. Decretum fidei, in quo breviter continetur doctrina, quam habet Ecclesia Rom. de septem Sacramentis, G. Bassarion Trapezuntinus Nicenus Archiepiscopus, & Isidorus Thesalonicensis Archiepiscopus Ruthenorum, doctissimi in Latinis, & Graecis literis, quod in Concilio multum laborassent pro concordia Ecclesiarum, in cardinalium Ordinem cooperti sunt. Chalcocond. lib. 8. de Reb. Turcicis. Duravit hoc concilium partim Ferrariae, partim Florentiae anno uno, & tribus mensibus.

XX. Generale Concilium fuit, Lateranense, quod indictum est à Julio II. an. Dom. 1511. contra Concil. Pisanum. Nam Ludovicus XI. Francorum Rex Julio II. graviter succensus, eum Pontificis dignitate spoliare tentans, conciliavit sibi amicitiam Maximi Caesaris, & utriusque opera coactum est Pisis Concilium: Julio enim Romam egrediente, aliquot Cardinales à debita Pontifici fide pecuniis, & pollicitationibus Ludovici Regis subiecti, Pisis quo conveniant, Generale Concilium Imperatoris Maximiliani, & Ludov. Regis, & Cardinalium nomine indixerunt, missique per orbem terrarum literis, Julium Pontificem ad dicendam in Concilio causam vocarunt proflus contra Canones, & iura. Hujus conciliabuli auctores fuerunt Bernardinus Carbalj Hispanus Episcopus, Cardinalis Sabrinus, Guilielmus Brisloneta Gallus, Episcopus Cardinalis Pragensis, Franciscus Borgia Hispanus, Archiepiscopus. Costentinus, Reginaldus Bria Gallus Episcopus Bojacentis presbyteri Cardinales, Fredericus Sanseverinus S. Theodori Diaconus Cardinalis. Pontifex nihil cumeratus, eos omni dignitate, & titulis Ecclesiasticis privatos, & Galliae Regem Ludovicum, omnes item tanti facinoris, & sacrilegii fautores, Haereticos, & Schismaticos, interdicto per totam Galliam rerum sacrarum usu pronuntiavit, & Generale Concilium Lateranense indixit: quod ipsius morte est interruptum, & postea continuatum, & absolutum à Leone X. anno 1517. 17. Kalend. April. In eo actum est de componendis moribus tum clericorum, tum laicorum.

XXI. Generale Concilium fuit Tridentinum inchoatum à Paulo III. an. sal. 1545. tribus Apostolicæ Sedis Legatis praesidibus. Coactum est contra Lutheranos, & alios haereticos. Nihilominus tamen multa in eo constituta sunt ad abusus, & corruptos mores clericorum, & laicorum abolendos: ingruentibus bellis translatum est Bononiam anno 1545. postea sub Julio III. ex Bononia reductum est Tridentum: sed post octo menses, quam continuari coeperat, bello Germanico dissolutum est an. Dom. 1551. tandem sub Pio IV. anno sal. 1572. continuatum est, praesentibus quatuor Legatis Sedis Apostolicæ, & praesidentibus duobus Cardinalibus, tribus Patriarchis, uno & viginti Archiepiscopis, centum, & viginti Episcopis, septem Abbatibus, & septem Generalibus religiosorum Ordinum praesentibus, triginta novem procuratoribus absentium, cum legitimo mandato. In eo tradita est doctrina, quam habet Ecclesia Catholica de peccato originali. Numerus Canonico-rum librorum definitus est, cum suis partibus, pro ut in Ecclesia Romana legi consueverunt, & Latina vulgata editio continetur. Approbata est vulgata Latina editio sanctorum Scripturarum. Declarata itidem est, Catholica de justificatione impii, de septem Sacramentis, de sacrificio Missae, de igne purgatorio, & de indulgentiis.

CONCILIA QUÆDAM GENERALIA, id est, NATIONALIA.

Quae praesentibus Romanis Pontificibus celebrata fuerunt.

Onuphr. in Chron. & Sigon. de regno Ital. scribunt quaedam alia Concilia Generalia fuisse à certis quibusdam Rom. Pontificibus coacta, celebrataque, & sua praesentia confirmata. Meo iudicio Concilia illa non fuerunt Generalia, hoc est ex omnibus totius occidentis Episcopis congregata, sed ex universis, vel plerisque certis nationis Episcopis, & Abbatibus, ut puta ex Transalpinis, vel totius duxitque Italiae, vel Calabriae, & Apuliae, & ideò Nationalia voco. Nam illud Concilium, quo omnes provinciarum Episcopi, qui uni Primati suberant, conveniebant, Generale dicitur à Majoribus confectum: quomodo Athanasius Alexandrinum appellat. Apol. 2. & in Synodo Carthaginiensi 2. Universale Concilium vocatur illud, ad quod singulis annis ex universis Africae provinciarum Episcopis convenire in unum consueverant. In Gallia Concilium Matifcon. 2. cap. 20. constituit, ut quolibet triennio universalis Synodus celebraretur. Obtinuit tamen usus, ut Concilium universale, sive Generale diceretur idem, quod Graecis Oecumenicum, hoc est, ex Episcopis totius orbis terrarum.

Primo igitur Nicol. II. Conventum Episcoporum 113. apud Lateranum habuit, anno Dom. 1059. in quo editus est Canon de eligendo summo Pontifice, qui est apud Gratianum cap. In nomine Domini, dist. 23. ubi dicitur: [In primis Cardinales Episcopi diligentissime simul de Pontificis electione consulunt: mox clericos Cardinales habeant, si que eligatur Clerus, & populus ad consensionem nova electionis accedat, caventes ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Eligatur autem de ipsius Ecclesiae gremio, si reperitur idoneus: sin minus, ex alio sumatur: postea subiungitur [Electus autem sicut verus Papa, obtineat auctoritatem regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius, quod B. Gregorius antequam consecrationem cognovimus fecisse.]

De clericorum castitate ita cautum est: [Quicumque Sacerdos, Diaconus, Subdiaconus post proximam Constitutionem Leonis Pontificis de castitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, etiam factis faciendis, & officio Ecclesiastico interdicitur sit.] De ordinatis simoniae statutum est: [Ne quis à laico Ecclesiam aut pretio, aut gratis accipiat, neque per simoniacam haerem promovatur ad quolibet Ecclesiasticum officium.]

In eodem itidem Concil. Berengarius Archidiaconus Andegavensis herefiarcha convictus, secundò condemnatus est, Albericus Diaconus Cardinalis vir doctissimus, tot ac tantis veterum Patrum testimoniiis comprobavit in venerabili altaris sacramento corpus, & sanguinem Christi re ipsa esse, & non in figura, & signo, quod Berengarius affirmabat, ut victus tandem ipse Berengarius nihil haberet, quod responderet, confessus suam sententiam esse haereticam, abjuravit. Extat jurisconsulti B. L. Theat. vit. Human. Tom. 11.

fiturandum ejus, quod Pontifex per omnes Italiae, Galliae, & Germaniae Ecclesias divulgavit.

Secundo Alexander II. apud Melphim, Generale Concilium convocavit an. Dom. 1056. fortassis ex omnibus Calabriae, & Apuliae Episcopis. Actum est in eo de causa Normannorum. Pontifex Hoberto Guiscardo Ducatum Calabriae, & Apuliae Siciliae comitatum confirmavit: quod ante fecerat Nicolaus II.

Apud Lateranum conventum etiam Generalem Episcoporum habuit contra simoniacos. Anno Dom. 1072.

Tertio Urban. II. Placentinum generale Concilium celebravit: & ibi Greg. VII. & Victoris III. adversus Henric. III. Imp. & Clementem Antipapam, anathemata renovavit, & de clericorum ordinatione ita fancivit: [Sanctorum rerum institutis convenienter decernimus, ut sine titulo facto ordinatione irrita habeatur, hoc est, Ne Clericus ordinatus ordinis recepti usu, & executione fungatur, & quo quis in Ecclesia titulo effectus est, in ea perpetuo perseveret, neminique in duabus titulis accipere liceat. Constituit alia decreta idem Pontifex Ecclesiae salutaria: addidit novem Praefationibus, quibus Ecclesia Rom. in Missarum sacrificiis utitur decimam de B. Virgine: Et te in veneratione B. Mariae Virginis collaudare, &c.]

Quarto, Paschalis II. Anno Dom. 1101. Concil. Generale apud Lateranum coegit ex multis Occidentis Episcopis, Causa fuit controversia, quae fuerat inter Gregorium VII. & Victorem II. inter Henricum III. Imperatorem, qui contra Canones, & iura usurpaverat sibi jus conferendi Episcopis, & Abbatibus annulum, & baculum, & alia insignia Pontificalia. Henr. IV. qui successerat patri Henrico III. conque-rebatur, hoc jus esse sibi ademptum. Unde per Legatos monuit Paschalem de suo in urbem futuro adventu, ut in Concilio Generali suam causam ageret, & jus suum tueretur, & ubi dies processioneis advenit, exercitum triginta milium hominum coegit, & Alpes superavit. Arctium perveniens, Legatos ad Pontificem misit, per quos se in ipsius auctoritate futurum ostendit, si ad Coronam Imperialem admitteretur. Res in porticu S. Petri sub certis conditionibus composita est, ob idibus utrinque datis. Haec ita utrinque conscripta. Legati Imperatorii una cum Pontificis ad Henricum detulerunt, eaque recitata, Henricus iurejurando confirmavit. His actis, Henricus Romam versus iter intendit. Et tertio Idus Febr. in quodam monte Urbi vicino confedit. Ibi à Romanis rogatus, ut honorem, ac libertatem Urbis se servaturam, sacramento juraret. Ille Germanica lingua non quò Romani ptebant, sed quod ipse voluit, juravit. Qua fraude cognita, Romani se deceptos fuisse clamantes, redierunt in Urbem. Iterum ob idibus datis, & acceptis, supra scripta omnia iuravit Henricus sacramento interposito confirmavit, nimirum se vitam Pontificis, membra, honorem, libertatem, regalia, patrimonia S. Petri, & nominatim Apuliam, Calabriae, Siciliae, Capuanumque principatum conservaturum, atque omne jus Ecclesiarum, omnesque earum res dimissurum, Postridie ingrediens Urbem, ab omnibus cum floribus, palmis, & arborum ramis à Pontifice, honoris causa obviam missis exceptus, duobus de more sacramentis sese populo obtulit. Post ab universo Clero iussu Pontificis sese populo obtulit, in quibus Pontifex cum Cardinalibus, & tota cantorum schola sedebat, ad ejus pedes se venerandum projecit. Deinde surgens, in nomine Trinitatis, ore, fronte, & oculis pacis oculum Pontificis obtulit, & de more partes atratoris implevit. Inde ad dexteram Pontificem habens, magno populi ad pedes argenteos, pedes concessit. Ibi à Chrysolao Archiepisc. Mediolanensi de more Pontifici oblatum Imperatoriam ex scripto professionem emisit, & cum Pontifex Imperatorem renunciavit. Introductus inde in aedem, cum indisset iuxta Pontificem, rogatus est ab eo, ut promissum impleret, nimirum deponeret privilegium, sive jus, quod dicebat se habere de conferendis Ecclesiis: nam separatim esse, quae responderat, servare, dixit Pontifex. Tunc Henricus petiit à Pontifice, ut illos confirmaret, quibus ipse Sedes Episcopales dederat, licet antea sacramento interposito juraverat, se nunquam id à Pontifice petiturum. Paschalem verò id facere recusantem intromissis militibus, dato signo una cum Cardinalibus cepit.

Capta est cum Pontifice Clericorum, & laicorum ingens multitudo: pueri item, ac juvenes, utriusque qui cum floribus, ac palmis obviam Henrico processerant, aut spoliati, aut vincti, aut

aut caesi fuit. Post biduum Henricus castra movit: Pontificem, quem advocatis militibus facris vestibus nudaverat, & clericos, laicosque captivos fimbriatos secum adduxit in montem Soractem. Ibi promisit se captivos omnes liberaturum, si Pontifex postulata concederet. Id per Principes suos, eiveque Romanos à Pontifice constanter petit. Quidam Germani praefules Pontificem aduentem ita locuti sunt: Oramus te precibus omnium volumus, summe Pontifex, ut de te adeo lenitatem, & Regi nostro placere velis, ejusque consecrationem absolvas, ut ipse tibi clero, ac civitati tuae placeat, atque Ecclesiam posthac omni suo studio complectatur. Quibus Pontifex. Quid est, quod à me requiritis, inquit, fratres, An vos hominem tam iniquum, tam fraudulentum, tam facinorosum à nobis consecrandum censetis? Rite scilicet expiavit manus suas ad percipiendam consecrationem, qui aras Dei, per fugit cruore sacerdotum, & donum sanctificationis cruentavit sanguine interfectorum: Ne permittat Deus, ut ego hunc hominem consecrem, qui seipsum tantis flagitiis reddidit execrandum. Subiicientibus illis, dignitati pontificiae, & eorum, qui capti erant incolumitati conducere, ut Regis iracundiam mitigaret. Constanter respondit: Regem vestrum non metuo: saviat in caput meum, si audeat: neque enim durius in me consilere potest: vos autem cavete existimetis, qua ille severitate in Clero, & populo trucidando modo est usus, eadem in tota vita sua usurum. Neque enim videbit pacem, dum viveret, nec stirpem ullam regni relinquet. Quibus rebus vehementer Henricus exarduit, & ut eum de proposito sententia dimoveret, captivos omnes in conspectum ejus produci ad necem iussit.

Pontifex tanta animi virtute fuit, ut nihil permotus singulos ad mortem pro divino jure oppetendam hortatus sit, vitantque eis aeternam promissit. Ceterum captivi omnino providi, ad pedes Pontificis sese provolventes; ultimi avocationis supplicii humiliter obsecraverunt. Tandem Pontifex dolorem, & lachrymarum plenus dicit, se eo animo esse, ut si sibi subeunda necessitas sit, malit omnia acerba pati, quam de sententia cedere.

Verum cum, quod sua causa non faceret, id aliena esse facturum, id est, captivorum servandorum gratia, de suo proposito decedendum, & Henrico obsecraturum. Composita res est. Henricus juravit, se Pontificem, Cardinales, & omnes captivos dimissurum, & Pontifex se Henrico privilegium datum, ut Episcopatus, & Abbatias conferret. Acta sunt haec an. Domini 1111. Anno proximi sequenti, Paschalis Generale Concilium in Lateranum vocavit. Et cum quererentur Cardinales, quod praedictum privilegium Henrico dederat, & eum Cleri, & populi effuso sanguine infamem ad Imperiale vestigium exegerat: Respondit Pontifex se, quod fecisset, necessitate compulsum fecisse: neque enim aliter se imminente populi stragem, incendia urbe, vastitatem agrorum prohibere potuisset: Privilegium per vim, & metum Imperatorem extorsisse: & ne quis de sua fide dubitaret, cunctis audientibus dixit: Praeter cetera à Rom. Ecclesia approbatas se probare, aut respicere, quacunque Gregor. VII. & Victor III. decrevisset, aut repudiassent in causa tractata, cum Henrico III. patre ipsius Henr. IV. Quo responso, cuncti ex scripto sic pronuntiarunt: [Privilegium pro liberatione captivorum Ecclesiae à Paschali Pontifice vi per Henricum Regem extortum omnes in hoc sancto Concilio congregati, legitima censura, & auctoritate Ecclesiastica judicio S. Spiritus condemnamus, & irritum esse judicamus, eo nomine, quod in scriptum est, jure electum, Episcoporum, vel Abbatem à nemine consecrandum, nisi prius à Rege investitur: quod est contra Canones, & Jura.]

Quinto an. Dom. 1116. idem Paschalis Generale Concilium apud Lateranum habuit: ubi Pontifex audientibus universis, sic dixit: [Postquam Dominus me in manus Regis tradidit, videbam quotidie fieri rapinas, incendia, adulteria, caedes, ea que ab Ecclesia Dei avertere cupiebam: itaque quae Henrico tribui, pro liberando Dei populo tribui. Iniquum privilegium, quod in castris Henrici scriptum, tanquam irritum perpetuo anathematizo damno. Universi responderunt: Ita cuncti damnandum.] Anno Dom. 1122. Callisto II. post Paschalem Secundum, & Gelasium Secundum Petri Sedem tenente, Henr. IV. Imp. 9. Kalen. Octob. omni suo jure, & privilegio de Ecclesiis conferendis cessit, his verbis.

[Ego Henricus, Dei gratia Imp. August. pro amore Dei, &

sancta Rom. Ecclesia, & Callisti Pontificis, & pro salute anime meae, dimitto Deo, & sanctis ejus Apostolis Petro, & Paulo, & sanctae Ecclesiae Catholicae omnem investituram, & annulum, & baculum: & concedo in omnibus Ecclesiis fieri electionem, & consecrationem liberam, possessiones, & regalia B. Petri, quae à principio hujus discordiae usque ad hodiernum diem, five tempore patris, five etiam meo ablata sunt, qua habeo, eidem S. Rom. Ecclesiae restituo. Quae autem non habeo, ut reddantur, fideliter adjuro: & de veram pacem Callisto, sanctae Rom. Ecclesiae, & omnibus, qui in parte ipsius sunt, vel fuerunt, & in quibus S. Rom. Ecclesia auxilium postulaverit, bona fide jurabo.] Sic tandem milite est controversia, & causa, pro qua Gregor. VII. Victor III. Urban. II. Paschalis II. Gelasius II. & Callistus II. contra Henricum III. & Henric. IV. filium ejus arriter decertarunt.

Sexto, Callistus II. Conventum Generale habuit Rhemensium Patrum 426. videlicet Episcoporum, & Abbatum, & inter cetera praecipit Henrico IV. ut jus, quo sacerdotia conferbat, omne dimitteret, quia erat contra Canones, & Jura, & antecessorum suorum decreta super ea facta, & renovavit.

Septimo, Aliud itidem Concilium, apud Lateranum celebravit an. Dom. 1122. cui inter fuerunt mille fere Patres, hoc est, Episcopi, & Abbates. Gratia facta Deo, de concordia inter Pontificem, & Imperatorem: & quod Henricus IV. tandem Pontifici, & Ecclesiae se reconciliaverat.

Octavo, Innocent. III. ann. Dom. 1151. Rhemense Concil. Generale, ex Episcopis Transalpinis congregavit: in quo Anacleum Antipapam de integro condemnavit: & Ludovicum juvenem, Ludovici Regis filium, Regia Franciae corona Kal. Novemb. ornavit.

Ann. Dom. 1133. aliud Concilium ex Episcopis Italiae convocavit Placentiae: in quo interfuit Bernardus Abbas Clarevalensis, cujus consilio, & sapientia est perfectum, & absolutum: in eo etiam anathemata contra Anacleum Antipapam, & ejus fautores sunt renovata.

Nono, Ann. Dom. 1134. habitatum conventum Generale, ex multis Episcopis, & Abbatibus Occidentis: in quo Anacleto Antipapa rejecto, Innocent. II. ut verus, & Catholicus est ab omnibus receptus: deinde repudiato Conrado, Lotario, ut verus Romanorum Imperator Augustus est approbatus.

Decimo, Ann. Dom. 1139. apud Lateranum conventum 6 Patribus fere mille, Episcopis, & Abbatibus habuit, ubi Anacleto Antipapae fautores omnes damnati, & ad piaculum accipiendum adacti sunt. Ordinationes ab Anacleto Antipapa factae rescissae sunt, hoc est, ii, quos ille ordinaverat, ab usu, & executione Ordinum remoti sunt.

Undecimo, Alexand. III. an. Dom. 1163. Concilium frequentissimum Episcoporum, & Abbatum apud Turones in Gallia celebravit, in quo interfuerunt 150. Episcopi, Abbates 400. Ibi acta Concilii Papiensis irrita facta sunt, & severissimis legibus Clerus ab effusa licentia ad Ecclesiasticam disciplinam revocatus est: renovata anathemata contra Victorem IV. Antipapam, & Federicum I. Imperatorem.

Duodecimo, Ann. Dom. 1177. idem Alexander III. Venetiis Concilium Generale ex cupitis Episcopis, & Abbatibus Occidentis convocavit, in quo pax est composita inter ipsum Alexandrum III. & Federicum Imp. I. quem ut Catholicum Pontifex recepit, & ejus filium Henricum in Regem Romanorum, & Imperatorem Augustum futurum.

CONCILIA PROVINCIALIA,

Auctoritate Romani Pontificis, vel usu Ecclesiae comprobata.

Non facile est recensere Concilia Provincialia Canonica, & legitimam auctoritatem habentia: breviter tamen in praesenti loco dicam, quot, & quae sint auctoritate legitima approbata.

In primis Leo Quartus scribens Episcopis Britanniae, ut haberetur c. De libellis dist. 20. sic ait: De libellis, & commentariis aliorum non convenit laicos judicare, & sanctorum Conciliorum Canones relinquere, vel Decretalium regulas, quae habentur apud nos simul cum Canonibus, quibus in omnibus Ecclesiasticis utimur judiciis, id est, à Apostolorum, Nicenorum, Ancyranorum, Neocaesariensium, Gangrensiis, Sardiceniis, Africanensium, Carthagenensium. Gratianus itidem in c. Prima annotat. dist. 46. Sic habet.

Prima

Prima Annotatio, Ancyranus Synodus dicitur, quae ante Nicanum fertur fuisse, sed propter auctoritatem majorum postpositum, in qua Patres decem, & octo statuerunt Canones viginti quatuor, quorum auctor maximè Vitalis Antiochenus Episcopus extitit. Celebrata est, quavis id Gratianus non dicat, An. Dom. 316. ut ait Onuphr. in Chron.

Secunda Nicosiensi, quae post Ancyranam legitur fuisse, in qua Patres decem, & septem statuerunt Canones XIV. quorum auctor maximè fuit Vitalis Episcopus. Salonitan. Peracta est haec Synodus paucis annis post Ancyranam, vel eodem anno, quo Ancyranam. Onuphr. in Chron.

Tertia, Gangrensis, quae post Nicanam legitur fuisse: in qua Patres 16. statuerunt Canon. 20. Coadiata est haec Synodus, teste Onuphr. in Chron. an. Dom. 361.

Quarta, Sardiceniensis, quae fuit fere Generalis, ex plebiscitis Occidentis, & Orientis Episcopis an. Dom. 347. in qua Synodo Patres plusquam 300. statuerunt Canones 21. quorum auctor maximè fuit Osius Cordubens. Episcopus. Sedis Apostolicae Legatus, una cum Vincentio Episcopo Capuanorum, & Januario Beneventano, & Calepido Neapolitano.

Sextidum est, Sardiceni Concilium vocari à Majoribus Generale, & Magnum, quia ex pluribus quam triginta quinque Provincialium Conciliis convenerunt ex Occidente 300. ex Oriente 70. ut ajunt Athanas. in Epist. ad solim. & Apolog. 2. Socrat. lib. 2. cap. 15. Sozom. lib. 3. cap. 11. Missi sunt ad Concilium Legati à Jul. Pontifice Rom. Archidamus, & Philoxenus presbyteri, teste Athanas. Apol. 2. quidquid dicit Gratianus, Osium Cordubensem, & Protegenem, Sardiceni Episcopum primarium locum tenuisse, sed post Legatos, testatur Sozom. lib. 3. c. 11. Agebatur autem Osius Patroni Synodi, cujus erat definienda proponere, & singulorum rogare sententias.

Quinta, inquit, Gratianus, Antiochena, in qua Patres 30. statuerunt Canones 59. quorum auctor maximè Eusebius Paflagine Episcopus extitit. Celebrata est anno Domini, ut ait Onuphr. in Chron. 361.

Sexta, Laodicea, in qua Patres 32. statuerunt Canon. 39. quorum auctor Theodorus Episcopus extitit, anno Dom. 364. teste Onuphr. in Chron.

Septima, Africana, hoc est, Carthagenensis IV. anno Domini 397. in qua patres 229. receiaverunt, & firmaverunt Canones 305. qui per diversam Concilia Africana provincia tempore Aurelii Carthagenensis Episcopi leguntur esse conscripti.

Octava, Carthagenensis VI. in qua Patres 228. statuerunt Canones 23. quorum auctor fuit Aurelius Carthagenensis Episcopus, anno Domini, 418. In qua Synodo interfuisse legitur S. Augustinus. Hipponen. Episcopus tempore Honorii Augusti.

Nona, Arelatenensis, in qua Patres CC. statuerunt Canones quatuor, quorum auctor extitit Maurinus Arelatenensis Episcopus.

Decima item Arelatenensis, in qua patres statuerunt 18. Canones, quorum auctor Caesarius Episcopus Arelatenensis fuit tempore Augusti Constantini.

Undecima, itemque Arelatenensis, in qua Patres 18. statuerunt Canones XII. iterum Arelatenensis in Vico Hortensi, in qua Patres 71. statuerunt Canones: quorum auctor fuit Caesarius Arelaten. Episcopus. XIII. itidem Arelaten. in qua Patres 26. statuerunt Canones, quorum auctor maximè fuit Sarpilius Arelaten. Episcopus XIV. Arausiana, in qua Patres 26. statuerunt Canones, quorum auctor maximè fuit Hilarius Episcopus Arelaten. XV. Epauensis in qua Patres 26. statuerunt Canones 29. quorum auctor maximè fuit Caesarius Episcopus Arelaten. XVI. Agathensis, in qua Patres 39. statuerunt Canones, quorum auctor maximè fuit Episcopus Arelaten. XVII. Aureliana, in qua Patres 72. statuerunt Canones, quorum auctor maximè fuit Aurelius Arelatenensis Episcopus. XVIII. iterum Aureliana, in qua Patres 30. statuerunt Canones, quorum auctor maximè fuit Albinus Andegavensis Episcopus. XX. Avernensis, in qua Patres 5. statuerunt Canones, quorum auctor fuit Honoratus Episcopus. XXI. Matinensis, in qua Patres 21. statuerunt Canones, quorum auctor maximè fuit Priscus Episcopus Lugdun. XXII. itidem Matinensis, in qua Patres 86. statuerunt Canones, quorum auctor idem Priscus Lugdun. Episcopus. XXIII. Lugdun. in qua Patres 18. statuerunt Canones, quorum auctor maximè fuit Philippus Viennens. Episcopus. XXIV. iterum Lugdunensis, in qua Patres 30. statuerunt Canones, quorum auctor maximè fuit Priscus Lugdun. Episcopus. Haec tenus Gratianus.

tres 18. statuerunt Canones, quorum auctor maximè fuit Philippus Viennens. Episcopus. XXIV. iterum Lugdunensis, in qua Patres 30. statuerunt Canones, quorum auctor maximè fuit Priscus Lugdun. Episcopus. Haec tenus Gratianus.

Ex his constat, Canones Ancyranos, Neocaesarienses, Gangrenses, Sardicenienses, Africanos, & Carthagenenses in Romana Ecclesia Canonica auctoritatem habere. Cap. ult. ut dixi, de libellis dist. 20. Item Canones Antiochenenses, & Laodicenses, confirmantur in 6. Synodo in Trullo celebrata, Cano. 2. fed majorem auctoritatem habent, quia communi Ecclesiastico usu approbati sunt.

Item Milevitana Synodus Confirmata est auctoritate Innocentii. Arausicana I. auctoritate Leonis I.

Arelatenensis Synodi prima, secunda, & tertia communi Ecclesiastico usu receptae sunt, ut etiam Aurelianensis I. 2. 3. 4. & 5. Sic etiam Cluvernensis Synodus. Insuper Bracarenensis Synodi I. 2. & Praeterea septem Carthagenensis Synodi, Tolocanz duodecim, vel tredecim, vel sedecim, Epaunensis, Hispanensis prima, & secunda. Ilerdensis, Casaraugustana, Gerundensis, Parisiensis I. & 2. Cabilonensis, Triburentensis, Turonensis prima, & secunda. Lugdunensis prima, & secunda. Martiniensis, prima, & secunda. Antiodorensis, in qua Canones 45. editi sunt: Agathensis, in qua Canon. 71. conditi sunt: Valentina, in qua Canones 6. editi in Hispania: communi B. usu Ecclesiastico receptae sunt.

Praeterea multi Pontifices Romani Synodos celebrarunt, tum in Urbe, tum extra Urbem, in Italia, Gallia, & Germania, quibus ipsi praeserunt, quae cum ipsorum praesentia, & auctoritate coactae, & absolutae fuerint, Canonica habent auctoritatem.

* HÆRETICORUM QUORUM ERRORES

In Conciliis jugulati, & damnati, Index juxta Alphabeti, ac Temporis seriem digestus.

Acacius Constantinopolitanus in Concil. Rom. sub Felice, anno 484. Acephali in Concil. Constantinop. post obitum Agapiti Papae, ann. 536.

Acoemete in Conc. Rom. sub Joanne an. 533. Albigenes, ann. 1176. & 1179. Almaticus, Ann. 1215.

Anastasius extinctam haerem Petri Gnaphei renovat 7. 9. C contra quam Joannes Damascenus scribit Animarum mortalitatem sectantes in Concil. Arabico 249. Apollinaris in Concil. Constantinopolitano I. Gen. An. 381.

Aquarii, ann. 257. Arius in Concil. Alexand. I. ann. 315. & 318. 319. Et Rom. II. sub Sylvestro 324. Nicœna Gener. I. 325. Atimin. 359. & 381.

Atimeni, ann. 1143. Audaci, ann. 741.

Auxentius in Conc. Rom. II. sub Damaso, ann. 389. Bonofius haereticus damnatur, an. 389.

Berengarius an. 1050. Damnatus in Conc. Rom. 1059. qui respicit, & fidem Catholicam profiteretur in Con. Rom. ann. 1079.

Calvinista, in Tridentino, an. 1545. Cataphrygæ ann. 258.

Cerinthus an. Chr. 93. Coelestius Pelagian. in Concil. Diospoliti. an. 415. Carthag. sub Innocentio.

Colluthiani, & Collyridiani ann. 373. & Milevitano sub eodem, an. 416.

Donatista in Concil. Carthag. an. 306. & 308. Eon, ann. 1148.

Euphrata, qui negabat Christum Deum in Concil. Agripinensi. an. 352.

Enomius in Conc. Constantinop. sub Leone, an. 448. & Conc. Chalced. generali, anno 450.

Eutyches, an. 448. Felicissimus schismaticus Africanus auctor, cum sectariis, anno 254.

Feliciana, ann. 729. Felix Urgelitanus, qui dicebat Christum esse filium Dei adoptivum, ann. 792.

Fratriculorum haereticus, an. 1318.

- Gisbertus Porretanus, an. 1148.
- A Gnostici, Ann. 120.
- Godefridus, qui afferebat, quod sicut Deus quosdam predestinavit ad vitam, ita etiam quosdam predestinavit ad mortem aeternam, an. 848.
- Helicetus, an. 249.
- Hyeronimus in Conc. Constantien. an. 1415.
- Hus, ibid.
- Iconoclastae, & de usu imaginum, an. 726, 766, 769, 787, & 870. ac cursus in Tridentino, an. 1545.
- Incessuosi, an. 1065.
- Ioachim Abbas an. 1215, in Conc. Lateran.
- Jovianus in Conc. Mediolanensi, sub Syrico 390.
- Judaei in Concil. Romano an. 315.
- Lutherani in Conc. Triad. an. 1545.
- Macedonius in Conc. Constantinop. I. Genes. an. 381.
- Manichaei in Conc. Rom. an. 444.
- Masiliani, an. 373, & 427.
- Monothelitae. an. 648, 649, 680. In Synodo generali Const. eodem anno.
- B Nestorius Conc. Alex. an. 430. & Conc. Ephesino generali, an. 431.
- Novatiani, an. 255.
- Origenes an fuerit Haereticus, an. 232.
- Origenista in Synodo Alex. sub Anastasio, an. 399.
- Palladius, an. 381.
- Paulus Samolatenus an. 265, & 272.
- Pelagius, an. 415.
- Petrus Fullo, an. 483.
- Petrus Abailardus, an. 1139.
- Photinus, an. 357, & 381.
- Prædestinariani, an. 855.
- Priscillianista, an. 381.
- Sabelliani, an. 263, & 372.
- Samolatenus, an. 265, & 272.
- Secundianus, an. 381.
- Sergius, qui Manichaeorum haeresim collapsam restituit, ann. 810.
- Simon Magus, an. 68.
- Simoniaci, an. 1049.
- Templarii, an. 1311.
- C Thendor. Mopisuctanus, an. 567.
- Valerius, an. 269.
- Vicelonis haeresis damnata in Conc. Quintilineburgenfi, anno 1085.
- Vificius, & Valens, an. 363.
- Vvicleph in Lateranen. an. 1417.

* QUI DE CONCILIIS SCRIPSERINT.

Scripturunt de Conciliis tam Generalibus, quam Particularibus Joan. de Turrecremata, Robertus Bellarminus, Georg. à Valentia, Severinus Binius, Joannes Malderus, & Laurent. Beyerlinck occasione Pseudo-synodi Nationalis Dordracenae, Franciscus à Caviolano.

Concio. Concionator.

PRÆDICATOR.

D DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Concionatur quem *δυνατορον* Graecis vocant, & S. Hieron. in Prolog. Solomonis, Ecclesiasten; est, qui ad populum concionem, sive orationem habet. Accipitur tamen communiter non pro quocumque oratore, sed pro illo, qui ex officio, & legitime missus, Dei verbum annuntiat, vulgo prædicatorem dicimus, ex illo Apostoli ad Timotheum, Prædica verbum. Vocabulum tamen Concionis apud Scriptores profanos non solum significat orationem, quæ habetur ad populum, sed insuper ipsam populim multitudinem à potestatem habentem ad rem quampiam peragendam, vel audiendam convocata: *πρωτοδου* appellant Graeci. Item pro ipso suggestu, sive cathedra, ex qua verba fiunt. *Εκωντία*, Graecis: & in hac significatione Livius usurpat Lib. I. vocato ad Concilium populo, summis falcibus in concionem ascendit.

* CONCIONATORES MISSI A DEO. B

Missus à Deo Moyses ad Pharaonem Aegypti, ut populum suum dimitteret, & coram eodem magna ostenderet, quibus missionis suæ fidem faceret, tantum abest, ut quidquam apud eum effecerit, ut etiam magis ille induratus, populum operibus luti, & lateris affligeret. *Exodi c. 4. 5. 6. sequent.*

Varios quoque Prophetas Deus subinde misit, qui Regibus ventura nuntiarent, & super improbitate corripere, ut de Jeremia, Isaiâ, Jona, & aliis nonnullis tradunt Sacrae Litteræ. Quod munus magno, cum zelo excuti fuerunt, non formidantes faciem potentum, qui etiam mortis proposito periculo veritatem annuntiant.

Et quamvis in lege naturæ peculiari testimonio non probetur, quemquam à Deo ad munus Concionatoris exequendum fuisse missum: non est tamen dubitandum, quin singulari instinctu Abel, Enoch, Abraham, Isaac, & reliqui Patriarchæ, cum filios, tum agnatos suos in Dei timore intruxerint, & ita illius voluntatem, & præcepta naturalia, quasi per manus tradiderint. Quomodo Noe diluvio peracto fecisse dubium nemini esse debet, qui considerat, quo pacto egressus Arca, sacrificio Deum placaverit. Filii quoque Sem Dei cultores existere: haud dubium, qui acceptam à majoribus doctrinam filius communicaverint.

In nova Lege expressius habemus mandatum, & missionem ad munus prædicationis. Siquidem transiit Christus ex hoc mundo, nihil æque discipulis commendavit ac prædicationem. Ite, inquit; in mundum universum, & prædicate Evangelium omni creaturæ: hoc est hominibus ubicunque existentibus: omnis namque creatura homo aliquid habet, ideoque eo nomine à Christo appellatur. *Marci. c. ult.*

Et iterum: Data est mihi omnia potestas in caelo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. docentes eos servare omnia, quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. *Matth. c. ult.*

Quin idem Dominus ad prædicandum missus erat iuxta Isaiæ vaticinium. Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, &c. *Luce. c. 4.*

Designavit Christus præter Apostolos suos, alios *LXXII.* & misit eos binos ante faciem suam in omnem civitatem, & locum, quo ipse erat venturus: dicens eis, messis quidem multa, operarii verò pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam: & ut doceat, quanta sedulitate hoc munus prædicationis debeant obire, mandat, ut non desistant ulla superflua, aut longos sermones miscant in via. Quin ne dubitent unquam de sufficienti instructione, promittit illis Spiritum veritatis, qui illos doceat omnem veritatem: eumque visibilibus specie abundanter elargitus est in die Pentecostes. *Act. cap. 2.*

Paulus ad terram prostratus ad Ananiam missus est, ut intelligeret ab illo, quid eum facere oporteret. Dixit autem ad Ananiam Dominus: Vas electionis est mihi iste, ut ponet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israël. *Act. cap. 9.*

Ita ad Petrum à Deo missus Cornelius centurio, ut rudimentis fidei imbueretur, & baptismatis lavacro ablueretur. *Act. cap. 10.*

Philippus verò iustus per Angelum accedere ad currum, in quo sedebat Eunuchus Candacis Reginae Aethiopiae, evangelizavit illi Jesu. *Act. c. 7. & legatur caput Act. 5. vers. 20.*

FIDEI PRÆCONES. TUM HORUM SUCCESSORES, IMITATORES, &c.

* EX S. SCRIPTURA.

JOSAPHAT Rex prudentissimus ambulans in lege Domini, & præcepta illius custodiens, misit de principibus suis, & levitis, ac sacerdotibus per universam provinciam, & civitates Juda, qui docerent populum, habentes librum legis Domini: & circumibant omnes civitates Juda, atque erudebant populum. *1. Paral. c. 17.*

Joannes Baptista Domini præcursor vox clamantis in deserto erat, dirigite viam Domini; & rectas facite semitas ejus. Quo factum, ut exirent ad eum omnes circa Jordanem, prædicantem baptismum penitentiae in remissionem peccatorum. *Institu-*

Instruebat autem quoscunque ad se venientes, cum publicanos, tum milites, ac quosvis alios, non accipiens personam hominis. Nam & Herodem peragrabat propter Herodiadem, quam tulerat fratri suo Phelippum uxorem. *Marci. lib. 3. c. 4.*

Post Joannem cepit Jesus facere, & docere, postquam à Joanne baptizatus, & à demone in deserto tentatus fuisset. Peragravit autem prædicando, & beneficiendo totam Galilæam, sanando omnes male habentes, & prædicando regnum Dei. Utque fe totius mundi salutem consulere vellet demonstraret, discipulos plures adificavit, quos prædicationis, & factorum suorum testes adesse voluit, quibus etiam injungit, ut Evangelium suum annuntiant per universum orbem, essentque ei testes in Judæa, & Hierusalem, & usque ad ultimum terræ, neve millionis suæ tessera carerent, dedit eis potestatem miraculorum in nomine suo patrandorum. Ita enim legitur. Illi autem profecti prædicaverunt ubique Dominum cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. *Marci. ult.*

Dominici præcepti memores SS. Petrus & Joannes, dum jubentur abstinere à propagatione nominis Jesu, respondent: Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire quam Deum, B judicate. Non enim possumus, quæ vidimus, & audivimus non loqui. *Act. c. 4.*

Paulus ex persecutore factus Apostolus, simulac ab Anania baptizatus fuisset, ingressus Synagogas, prædicabat Jesum, quoniam hic est filius Dei. Cùmquæ à Judæis multa sustineret opprobria, magis convalescebat, & confundebat Judæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. *Act. cap. 9.*

Paulo autem Ecclesiam persequente, Philippus prædicabat civitati Samaria, & evangelizabat Jesum, & intendebant turbæ his, quæ ab eo dicebantur, videntes signa, quæ faciebat. *Ibid. cap. 8.*

¶ Consule Tit. de Apostolis. Ubi, qui quas Provincias convenerint.

Prædicandi autem munus ab Apostolo sceminis interdicitur. Mulieres in Ecclesiasticeant, non enim permittitur illis loqui, sed subditas esse, fieri & lex dicit. Si quid autem voluerit, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri, loqui in Ecclesia. Mariae tamen Magdalene prædicatione Mathia Evangelium recepit Christi: Martha fororis ejus, & hodie dami acolæ. Decuit solas Apostolatus fungi officio, ut quæ cum Christo & vivente, & resurgente conversata fuerant, quicquid de fide, vel oculis perciperent, vel ab illo auribus exceperint, sive certiore testarentur. Siquidem & in iis iur. suo dicere licebat: Non possumus, quæ vidimus, & audivimus, non loqui. *Marci. lib. 3. c. 4.*

Etiam in *Act. Apost. cap. 18.* legitur, Priscillam, & Aquilam intruxisse Apollinem, virum zelosum, & fiducialiter agentem in Synagoga: sed cum sciret tantum baptismum Joannis, pia hæ mulieres eum susceperunt in domum suam, & diligentius exposuerunt viam Domini. Neque enim mulieri interdicitur, privatim docere: Immo nec publicè, dum nulli adfuerit viri: vult Apostolus in Ecclesia, ubi ordinarij sunt presbyteri, & ministri verbi à Christo instituti, non vindicent sibi munus prædicationis. Alioquin vult idem Apostolus, ut anus doceat prudentiam adolescentulas. Habemus Monicam, quæ Augustinum quamvis eruditum in profanis disciplinis: D Blancam, quæ Ludovicum Regem: Pulcheriam, quæ Juniorum Theodosium intruxit: item Nazianzenam Matrem, ut testatur ipse in *funere patris.*

HISTORICA.

Æquitius apud Valerianam urbem Abbas, postquam scalpello sibi quandam linguæ rubiginem ab angelo levare vidit, ab eodem quondam est ad prædicandum egressus. Diversa igitur peragravit loca passim Evangelium prædicans, ac se, sacrificii codicibus iumento impositis iter faciens. Accusatus autem quod nulla Apostolica sedis auctoritate prædicationis officium exerceat, Romam citatur. Et dum eò profecti pararet, interim pontifex per somnium exterius, rursus illum, ne venire fatigaretur, per nuncios iussit: simulque opus quod coeperat, facere pergere: quandoquidem id faciendi facultatem non ab hominibus, sed à Deo accepisset. Spiritus enim (ut Apostolus inquit) omnia iudicat, ipse à nemine iudicatur. *Ibid.*

Juvenalis natione Apher, arte medicus, ordine presbyter eum à Pontif. Romano, ut Narniceni infideli populo Christum evangelizaret, jus potestatemque sibi concedi petiisset, Episcopus eorum constitutus illò se contulit. Multique ibi Catholica credulitate prædicando confirmatis, quandam de obliuitorum numero, cui præter ceteros error veritate caerior erat, sibi infensissimum habuit. Qui comprehensum, postquam minis, ut carnem idolo immolatam gustaret, cogere verbis non potuisset, viribus aggreditur. Culcellum ori admoveat, striclosque dentium dirimere ordines molitur, viam sucturus cibo intra fauces respicientis immittendo. At multò fecus, quam cogitare evenit. Repente enim quadam lymphatæ mentis infania correptus, cuspidem in se versa, ipse sibi jugulum ferit: & ad pedes ejus, quem invaserat, exanimis corruit. Unius increduli pcena multis credendi causam præbuit. *Ibid.*

Servatium Trajectensem Episcopum, hac Spiritus S. gratia donatum fuisse serunt, ut prædicantes audientes alienigenæ, diversæque nationes, unaquaque sua lingua locutum putarent, nihil non intelligentes, quod ab illo esset prolatum. Ad hæc tot miraculis claruisse dicitur, ita purè, sanctæque vixisse, ut prædicatione, virtute, moribus ad perfectionem Apostolorum proximè accessisse videatur. *Marci. lib. 3. c. 4.*

Hivoni presbytero ad prædicandum eunti, fluvius non modico incremento ponti superestus viam intercluserat: mox in sese collectus, ac subditens, veluti veritus tam salubrem operam remorari, transitum præbuit, rursusque pontem operuit aquis. *Ibid.*

Edmundus Cantuariens. Archiepiscopus, cum in Gallia apud Vigorinam urbem sub dio prædicaret, & populus imminenter supra fe atræ nubis contractionem cernens, pluviam timeret, dilabique sub tecta pararet, ne dubitarent præcepit, & imbri, ne verbum Domini impediret, iussit. Magna vis aquarum circa eos, qui ad audiendum congenerant, in terram defluxit, nullum tamen ex tanto hominum numero attigit. *Ibid.*

Dominici Ordinis Prædicatorum principis mater prægnans catellum se peperisse somniavit, qui facem mordicus arreptam præterens, mundum incenderet: Eodem jam nato, cuidam non ignobili matronæ visum est, stellam fronti ejus infedissee, ejus fulgore perinde, ac solaribus radiis totus terrarum orbis luceceret. Ille ardentis prædicationis falcibus mundum succendit, doctrinæ spiritualis lucem illustravit. *Marci. lib. 3. c. 4.*

Fulco Prædicator in Gallijs, primò Petrum Cantorem, deinde illo è rebus humanis sublato, Petrum de Royfiaco affociavit, & an. mxcxix. multos à peccatis luxuriae, & usuræ revocavit. Publicis quibusdam sortis persuasit conjugium. Quadam monasterium S. Antonii prope Parisium ingresse, & quadam labores diversos, & peregrinationes etiam susceperunt. *Antonin. vit. 17. c. 9. §. 29.*

Bernardi Claravallensis Abbatis mater in quiete vidit se catellum in utero latrantem habere. Id interpretatum est, eam divini verbi præconem egregium parituram. Quam sanè interpretationem minimè falsam fuisse, eventus docuit. Tanta gravitate docebat, ut ad verba penitus obstupefcerent homines. Cùm aliquando inter prædicandum sibi ipsi placere ceperisset, ad inanem gloriam occulta suggestione sibi ipsi placere ceperisset, adversus demonem protinus inclamavit: Neque per te, maligne spiritus, prædicationem in clamavit: Neque per te, malignam. Hoc repetens, & arrogantiam cavet, & conservavit humilitatem. *Marci. lib. 3. c. 4. & Auctor vitæ lib. 1. c. 6.*

Minorum pater Franciscus, illud excecaturus: Ite in mundum universum, & prædicate Evangelium omni creaturæ: sic hominibus prædicavit, ut mundum repleret monasterijs: sic avibus, ut ad audiendum dociles, intentæque silentium tenerent, ac fe manu ab eo contractari non formidarent. Illos ut pie, religiosèque viverent hortatus est: has tantum creatorum suum laudarent, ejus beneficio pennas haberent ad volatum, vocem ad cantum, fructus terræ absque omni, vel ferendi, vel metendi labore ad alimentum, vitæque sustentationem. Apud castellum Gallinarium prædicans, hirundinibus multiplici garritu obstreptentibus silentium imperavit: nullaque deinde, quam dñi ipse verba fecit, ne minimum quidem sonum aut susurrum edidit. *Ibid.*

Antonius Hispanus, Prædicatorum Ordinis, sanctitate precebris, cum apud forum Julii moram traheret, prædicare verbum Dei iustus, imperitiam excusabat nunquam antea ejusmodi declamationibus usus. Veruntamen iustionis majorem

num obtemperans, talem fecit sermonem, qualis exercitatus...

Scoti ad Christum conversi, Monachorum quorundam ductu...

PALLADIUS primus Scotorum Episcopus a Celestino PP. missus...

Ninianus Episcopus sanctitate, & miraculis clarissimus, Caesare...

UNUS Archiepiscopus Hamburgensis, sacra legatione in Daniam...

ARNULFUS Brixienfis, Christianae religionis predicator egregius...

Sub Bretislao Boemorum principe floruit D. Procopius. Patria...

sacra cum illis, & munus vigiliarum, precumque, & jejuniorum...

ADALBERTUS II. Pragensis Episcopus, Roma, quod sponte exulatum...

Adelwardus ab Adelberto Hamburgense metropolitano missus...

JOHANNES SCOTUS, Magnopolensis Episcopus, apud principem...

TEMPORE FRIDER. II. Imper. Berchtoldus Franciscanus Ratisbonensis...

Ortho Bembergensis Episcopus, a Boleslao Polonorum ducto...

Bernardinus Senensis, postquam Italiam omnem Christi nomen...

cum esset factundia, & doctrina insigni. Urbinationem, Ferrarientem...

JOHANNES CAPISTRANUS, Ord. Minoritarum, Bernardini ejus, qui primus...

JOHANNES CAPISTRANUS a Nicolao V. P. M. Boemis convertendis...

C. CUM RESP. Florentina, egestis Medicis Caroli VIII. Gallorum...

omnes demonibus tot annos mancipati essent, posteaquam Lusitanorum...

* Benjamin Diaconus in carcere biennium detentus, dum ea lege...

* Egregius etiam sui talenti dispensator S. Franciscus, quem rogasse...

* Nullius vero personae conditionem spectandam, exemplo S. Joan. Baptiste...

Concio opere adimplenda.

* Sed factores verbi, non auditores tantum requirit Apostolus...

Cum, paucis veterum Christianorum reliquiis exceptis, Indi